

[1740], Zug

A

SCHREIBEN VOM BENEFIZIATEN [DER ST. KONRADSPFRÜNDE IN ZUG, ABBE  
BEAT JAKOB ANTON] ZURLAUBEN AN [CHRISTIAN LEONZ] ANDER-  
MATT, CHORHERR [AM STIFT ST. JOHANN] IN KONSTANZ

"Placuit non sine ponderosis rationibus Reverendissimo et Celsissimo Ordinario [- 1735 amtete Johann Franz **Schenk von Stauffenberg** als Bischof von Konstanz -] erigere Capellanum Zurlaubianum [d.h. der St. Konradspfründe] in Qualitatem, et Gradum unius Beneficij per Episcopalem Confirmationem 1735 factam<sup>1</sup>, et quidem ex petitione humillimâ, quam nos Agnati Zur Laubenses apud altefatum Dominum Ordinarium per saepé antea Supplicando unanimi cum consensu Solicitabamus; cum autem aliqua inter Onera Beneficij redditibus non proportionata, per Ejus altam auctoritatem fuerunt diminuta, praesertim et in Specie, dum Una ex illis tribus SS. Missis, quae olim in Zur Laubensi Sacello [der St. Konradskapelle] per Septimanam Legerentur, in favore Sacellani per Reductionem derogata erat; hinc contra omnem Juris Ordinem Dominus Capitaneus [Johann Jakob] Colin [=Kolin] hoc tempore Possessor Aulae Zur Laubianae [gemeint des St. Konradshofs in Zug] non solum Dispositionem Episcopalem audacter aggredi<sup>2</sup>, sed illoso 83 florenos mihi Sacellano annualiter Solvendos detrahere haud erubuit quamvis durantibus tribus annis omnia, quae Lapidem movere possent, etiam D. Domini [alt] Ammani [und derzeitiger Zuger Stadt- und Amtsrat Johann Christian] **Blat[t]-man[n]**, et [Ammann Franz Bartholomäus] **Andermatt** cum alijs Dominis [Stadt- und Amtsräten] ad Eum inflectendum ultimo cum Labore adhibentes, nihil tamen in illo invenerunt, nisi Cor induratum Pharaonis. praesens Retriectus facti, et Juris<sup>3</sup> fuit etiam erectus, et concreditus ad hanc finem, ne excitaretur Scintilla disunionis Scandalosae inter nos Sanguine, sive affinitate conjunctos, Domino Colin, ubi diluciter videre posset Injustitiam, quae in agendo contra Dispositionem Episcopalem ab Jpso praeter omnem rationem committitur, nullum alium afferebat fructum, si non, quod (antea mihi remissâ brevi unâ Replicatione ridiculosâ, et abs Domino [Heinrich Ludwig] **Sidler** ... parrocho [von Villmergen], ut creditur, excogitatâ, quam hic adjungo)<sup>4</sup> in Curiâ tot urgenti fuerit depositum, quot sufficienter ad tres Census pertinet, nihil aliud verè per hanc viam quaerens, quam ut Actio ista praesens, quamvis Spiritualis, prius apud Judicem Saecularem possit institui, quod non conforme Regulis Juris, et SS. canonicorum. per has et alias rationes gravissimas dein Sum ad hanc extremitatem coactus me per meum Judicem competentem Solutem faciendi; Quare Reverendissimam Suam Dominationem, quam intimè possum, humiliter imploro et Eius praepotentem

assistentiam, quâ ego aut per Jpsam, Sive per alium Procuratorem expertem, quem ad eligendum relinquo, apud Reverendissimum ... Dominum Ordinarium ad Satisfactionem meam pervenire possum, ut autem istud Negotium meliorem habeat Cursum, hic ponere necesse mihi visum fuit Retriectum<sup>5</sup>, vel Seriem facti, et Juris<sup>6</sup>, in quâ Reverendissima Dominatio Sua, et Dominus Procurator dilutissimè inveniant omnia, quae attinent ad rectitudinem meam; transmitto simul Refutationem<sup>7</sup> illam, quâ cum simili, et eodem sono repugnatur Replicatio<sup>7</sup>, per quam ridiculosè, et cum arrena ... [?]<sup>8</sup> fundamenti debilissimi irutus erat retriectus supra dictus<sup>9</sup>. quae omnia ad meliorem Jnformationem Serviant. Parcat D.S.R. praesumptioni meae, quam ego ergo Jpsam facio, Confidentialia in corde meo abscondita obligat me ad istam extremitatem. centè non ingratus ero respectâ omnis Laboris tam ab Jpsâ, quam à Domino Procuratore ob istam causam Sustinendi. Modum ad citius extorquendam Solutionem mihi debitam, et ad citandum Dominum Colin iamiam Reverendus Dominus Cognatus meus Praepositus [des Stiftes Bischofszell und Dekans von Zug, Beat Karl Anton Wolfgang Wickart] R. Dominationi Suae Latius intimabit, cui etiam me refero, tantum hic adjungens protestationem meam contra omnia detrimenta, et Sumptus, à Domino Colin mihi causatos, et causandos, quam Reverendissima Dominatio Sua loco mei coram R. et C. Domino Ordinario facere non dignetur. qui interim me denuò in Suâ Protectione recommendans, omni cum respectuosâ devotione indelebiliter persisto ...".

- 1) s. Zurlaubiana AH 159/133 sowie Meier, Schenker, Stöckli/Benefiziat 47
- 2) Ueber die diesbezüglichen Streitigkeiten s. ebenda 48f
- 3) Die 5 letzten Wörter sind unterstrichen.
- 4) Der in Klammern stehende Text ist unterstrichen.
- 5) Dieses Wort ist unterstrichen.
- 6) Die 4 letzten Wörter sind unterstrichen.
- 7) s. Anm. 5
- 8) Dieses Wort ist nicht mehr lesbar.
- 9) Die 3 letzten Wörter sind unterstrichen.

---

Kopie - AH 109, 49-50

15

1713 Oktober 14., Zug

A

SCHREIBEN VON ANNA MARIA THERESIA ZURLAUBEN [AN DEN AMMANN VON STADT UND AMT ZUG, BEAT JAKOB II. ZURLAUBEN]

---

"J[esus] M[aria] J[oseph] ...

Jl ne m'a pas esté possible iusqu'a present de veoir la personne que